PRODIGIORVM AC OSTENTORVM CHRONICON,

Quæ præter naturæ ordinem, motumq;
ET OPERATIONEM, ET IN SVPERIORIBUS & his inſerioribus mundi regionibus, ab exordio mundi uſque ad hæc noſtra tempora, acciderunt. Quod portentorum genus non temerè euenire ſolet, ſed humano generi exhibitum, ſeueritatem iramq; Dei aduerſus ſcelera, atq; magnas in mundo uiciſsitudines portendit. Partim ex probatis fideq; dignis authoribus Gręcis, atque Latinis: partim etiam ex multorum annorum propria obſeruatione, ſumma fide, ſtudio, ac ſedulitate, adiectis etiam rerum omnium ueris imaginibus, conſcriptum per

CONRADVM LYCOSTHENEM RVBEAQVENSEM.

Cum Cæſareæ Maieſt. gratia & priuilegio.

BASILEAE, PER HENRICVM PETRI.

Elephanti. ELephanti, de quorum natura ac docilitate mira ſcribit Plinius ac alij.

Odonta. ODonta ſua magnitudine elephantum excedens, tribus cornibus, capite equino atri coloris.



Rhinocerus

RHinoceros crudele animal, quod ſua magnitudine elephantem excellit, colore buxeo ſiue fermiculato teſtis clypeatis tectum, cruribus breuioribus, omniq; ex parte armatis, acutum cornu in naribus habens, quo ſe defendit. Rhinoceros.

CAmelus bina ſub dorſo habens tubera, unum in pectore, cui incubat, cum genua inclinantur, papillas quatuor, caudam aſino ſimilem, genitale retrò, genua ſingula in ſingulis cruribus, pedes biſulcos. Camelus.

CAmelopardalis, quam Æthiopes Nabim uocāt, animal collo equino, pedibus bouinis camelino capite, maculis rutilum colorem diſtinguētibus, quæ Romæ miraculo poſtea uiſa eſt Circenſibus ludis dictatoris Cæſaris. Camelopardalis.



PAuyon in ſolitudinibus Indię, monſtroſum animal, magnitudine ferè elephanti, à cuius aſpectu tamen non abhorret, cum reliqua animalia ferat nequaquam: delectatur potiſsimū pomis, ac alijs arborum frugibus: Salaciſsimū animal eſt, ac aſpectis etiā Pauyon.

mulieribus